



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

**XLIX. Hereditoria.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

## XLIX. HEREDITORIA.

**D**Ulcissimæ atque in omnibus  
amatißimæ filiæ meæ illi, ego  
vir magnificus ille. Omnibus non  
habetur incognitum, quod sicut  
lex Salica continet, de rebus meis,  
de eo quod mihi ex alode parétum  
meorum obuenit, apud germanos  
tuos, filios meos minimè in heredi-  
tate succedere poteras. Propterea  
mihi præpatuit plenissima & inte-  
gra voluntas, ut hanc epistolam he-  
reditoriam in te fieri, & adfirmare  
rogarem, ut si mihi in hoc sæculo  
superstes apparueris, in omnes res  
meas, tam quod ex alode parentum  
meorum, quam ex meo contractu  
mihi obuenit, in pago illo, in loco  
qui dicitur ille, & in quibuscumque  
pagis, aut territoriis, vbi cumq; ha-  
bere videor, tam mansis, domibus,  
ædificiis, vincis, oleis, syluis, campis,

S iij

pascuis, aquis, aquarumque decursibus, quicquid dici aut nominari potest, quantumcumque de meo proprio moriens dereliquerem, in omnium rerum meorum hereditate apud germanos tuos, filios meos succedas, & æqualentia inter vos exinde diuidere, vel exæquare facias. Et quod ad partem tuam exinde recipis, quicquid exinde facere volueris, liberam & firmissimam in omnib. habeas potestatem faciendo. Si quis vero, &c.

## L. C A V T I O D E V I N E A.

**D**ominus fratri illi, ille. Ad petitionem meam mihi non denegasti, nisi ut in summa necessitate mea argentum, vel amictum valentem solidos tantos in manu mea ad præstitum beneficium mihi præstisti: Propterea oppignerem tibi vineam proprietatis meæ in pago